



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De numero certo diaconorum. ccxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De officijs & ministerijs septem diaconorum cum subdiaconibus, & sequentium ordinum ministris obseruandis. Cap. CCXVIII.

SEPTEM ergo diaconi sint in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à patribus accepimus, qui per singulas hebdomadas & dominicos dies, atque festiuitatum solennia, cum diaconibus & acolytis, ac sequentium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruent ministeria, & parati omni hora sint ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur peragédú. Similiter & vobis prout opportunum fuerit, per singulas ciuitates est faciédum, vt diuinum absque vlla mora, aut negligentia studiosè ac solenniter agatur officium.

Ex epist. Fabiani papae, ca. 2.

De numero certo diaconorum. Cap. CCXIX.

Diaconi septem debent esse iuxta regulá, licet & valde magna sit ciuitas. Id ipsum autem & Actuum apostolorum liber insinuat.

Ex cõcil. Neocesa. cap. 14.

De eadem re. Cap. CCXX.

Diaconi septem esse debent secundum regulam, quâuis magna sit ciuitas. Cui regulæ autoritas erit liber Actuum apostolorum.

Ex cõcil. episcoporũ, qui in Ancira & Casaria conue-

Vt diaconi coram presbyteris non sedeant. Cap. CCXXI.

nerunt, cap. 9. Ex cõcil. Laodicensi, ca. 20.

QUOD non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, à subdiaconis, & omnibus clericis.

De diaconibus, qui se presbyteris anteponunt. Cap. CCXXII.

Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tam hi, quàm illi in vtroque choro consistant.

Ex cõcil. Toletan. cap. 39.

Vt exorcistæ energumenis manus imponant. Cap. CCXXIII.

OMNI DIE exorcistæ energumenis manus imponant.

Ex cõcil. carthagi ca. 90